

A dicitur subiectum q̄ materia, & est orbis cœlestis, ita scribit Cō. in. 2. ca. de Substantia orbis dicens, sed quia natura corp̄ poris est alia à natura anime, quia est compositū & necesse est mouens, & motum esse diuersa, necesse est considerare de natura illius corporis, & quia declaratum est hoc corp̄ pus esse ingenerabile & incorruptibile, apparet qd̄ est necesse ut sit corpus simplex non compositum ex materia & forma, & quia est dem̄stratum indiuiduum, & ens dem̄stratū in actu, & habens unam figuram in actu, & omnia ista sunt in corpore p̄ materiam, & in materia propter formam, necesse est, ut hoc corpus cœlestē sit materia aialium cœlestium, q̄ mouetur circulariter ex se, & ut sit perfectius motus ceteris materiæ, non n. est in eo de potētis nisi tñ potētia in loco, & ex motu locali nobilissimus oium. f. circularis, intelligit autem orbem seclusa intelligentia esse nobiliorē, & perfectiorē inter omnes motus materiæ inueniēta in naturis corporalibus, non aut simpliciter, quia ut supra patuit intell̄s polis est materia in genere entium intelligibilium, manifeste autem patet q̄ comparando esse intelligibile ad esse corporeum, est longe præstantius hoc q̄ illud. Materia etiam apud P̄hos alia sensibilis, alia intelligibilis, ut colligitur ex. 7. Meta. tex. cō. 3. 5. & etiam in. 8. Meta. tex. cō. 6. Materia autem intelligibilis secundum aliquos est ipsa substantia, & ab ista nō dicuntur abstrahere sc̄ia Mathematicæ, quia ut aiunt posterioris nō potest abstrahi à priorē, & quia sc̄ia mathematicæ sunt circa magnitudines, & numeros quæ sunt accidentia, quæ sunt posteriora substantia ut patet. 7. Meta. tex. cō. 4. ideo dicunt q̄ à substantia sc̄ia mathematicæ non abstrahunt, & sic glossant. Sed ista opinio, ut supra dictum fuit, non est de mente Arist. & Peripateticorum, quia ipse uoluit in. 1. 2. Primæ phiæ ex scientiis Mathematicis Axiologiam solum de substantia Theoriam facere, in quantum se intrinsecit de substantia æterna, quæ est corp̄ pus cœlestē. Et ideo dicimus materiam intelligibilem esse ipsam quantitatem, siue sit continua siue sit discreta, ut abstrahit ab omnibus qualitatibus sensibilibus, q̄ fluunt à natura, quæ est principium motus, & quies. Materia autem sensibilis sunt hmoi qualitates, quæ fluunt à natura q̄ est principium motus, quia non est credendum q̄ Mathematicis nullas qualitates consideret, nam patet q̄ considerat proprietates insequētes naturam sui subiecti, Arithmetici n. considerat par, & impar, quæ sunt passiones numeri, & Geometer considerat rectum, & curuum, & magnam, & paruum, immo etiam locum, & tactum, ut patet. 1. de Generatione & corrupt. tex. cō. 44. ubi Com. inquit, locus est inseparabilis à corporibus Mathematicis, siue fuerint abstracta, ut aliqui dicunt in sermone & in esse, siue fuerint abstracta in sermone n. tñ, cum corpus non sit in loco nisi per suas dimensiones non per accidentia aliorum prædicamentorum. Similiter etiam non dicitur abstrahere à qualitatibus sensibilibus, quia nullo modo possit loqui, & intrinsecit se de illis quia ut scribit Commē. in. 2. Phys. auscul. in com. 71. dum ens diuiditur secundum considerationem demonstratuum ingrediētur una natura duas artes. nam certum est q̄ licet motus qualitas sit sensibilis fluens à natura, quæ est principium motus, tñ de motu potest considerare Mathematicus consideratione sibi propria, & alio modo quàm considerat Naturalis, & hoc expresse testatur Auer. in. 1. Cœli cō. ubi dicit q̄ in motibus circularibus, est contrarietas inueniri non possit secundum Physicam considerationem, tamen secundum Mathematicam illud non inconuenit imaginari de duos motus circulares super eosdem polos ad diuersas partes, sicut etiam testatur. 1. 1. Meta. cō. 47. Similiter testatur & densum sc̄dam Auer. 1. Physicæ auscul. cō. 46. solum comprehenduntur in corporibus sensibilibus naturalibus, sed magnam & paruum comprehenduntur in corporibus naturalibus, & mathematicis, & tñ Auer. 4. Physicæ auscul. com. 72. scribit quod ita est de subtilitate, & spissitudine, sicut est de diuisione linearē & superficiē, qm̄ quemadmodum linea secundum q̄ linea potest diuidi in infinitum, quod est impossibile, secundū q̄ est linea terrestris aut ignea: ita de subtilitate potest intelligi p̄cessus in infinitum ex sua natura.

ra. sc̄dam q̄ est subtilitas simpliciter, non sc̄dam q̄ est subtilitas corporis mobilis, & sc̄dam hæc, p̄positio posita est falli possibilis, sc̄dam q̄ sunt posita, & ex falso poli non sequitur fallum impossibile, & hoc modo declarationis utitur multoties Arist. & etiam Plato. Vnde inaduertere q̄ illud sic dēt intelligi, q̄ Mathematicus abstrahit à qualitatibus sensibilibus, quia uidelicet consideratum subiectū quod est magnitudo, & numerus sc̄dam rōnem abstrahentem ab illa rōne, q̄ est principium qualitatum sensibilium quod est natura, tñ non inconuenit q̄ qualitates aliquæ sensibiles possint modo intelligibilis in scientiis mathematicis considerari, sicut n. Naturalis entia intelligibilia sc̄dam mathematicarū sensibiliter speculatur, sic entia sensibilia naturalia possunt modo intelligibili considerari in scientiis mathematicis, saltem in aliquibus, hoc non est improprie propter prædictam causam, quia unam res sub diuersis rōnibus formatibus potest pertinere ad diuersos artifices, & immorari in hoc est superfluum, sed multos nebulones uidi errare t̄p̄ meo in istis. Aduerte etiam q̄ materia dupl̄r adhuc sumitur apud Peripateticos, primo modo pro materia, quæ est subiectum motui: secundo modo pro materia, quæ est substantia uel, & d̄ria est inter utraq̄, quia materia primo modo est pars rei, & non p̄dicatur de re, alia autem est idē quod ipsa res, singulum n. nō est aliud à sumit substantia, & talis materia est idē quod ipsum singulare dem̄stratum quod substat uel quod est idem ipse & p̄dicatur de illo. unde sic sumitur materia. 1. Cœli & mun. tex. com. 2. ubi d̄r, qui dicit cœlum dicit formam, & qui dicit hoc cœlum dicit materiam. Vterius scire debes q̄ reperuntur in nobis quatuor abstractiones in uirtutibus comprehensius, ut bene notat Auer. in. 6. Naturalium. sectione. 1. cap. 2. & d̄ns Albertus cognomēto Magnus in. 2. de Anima. tract. 3. ca. 1. Primus gradus abstractionis, & infimus est dum abstrahitur, & separatur forma à materia, sed non à p̄ntia materiæ nec ab eius appendicibus, & hoc facit uirtus apprehensiuæ deorsus, quæ est sensus, nam simulacra rerum, & species sine materia recipiuntur in sensibus dicente Arist. in. 2. de Anima. in. tex. com. 1. 2. sensum susceptiuū esse specierum sine materia, ut cera anulū sine ferro, & auro recipit figuram, accipit aureum aut æneum signum, sed non in quantum aurum aut es. similiter autem & sensus uniuersaliū q̄ habent eorum aut humorem, aut formam patitur, sed in quantum uniuersalium quod q̄ illorum d̄r. Sed in quantum hmoi d̄r, & sc̄dam rōne, ubi Commen. dicit, intentio coloris est alia à colore, & d̄xit sc̄dam q̄ est in hac dispōne, & intentione obseruando se ab intentionibus quas recipit intellectus, illa enim sunt uniuersales, iste autem sunt particulares, & est locus apertus contra negantes sp̄es intelligibiles. Secundus gradus abstractionis est q̄ separatur à materia, & à p̄ntia materiæ, sed nō ab appendicibus siue cōditionibus materiæ, & hæc apprehensionem facit imaginatiua potentia, quæ etiam singularibus non præsentibus retinet formas sensibilium, sed non denudat eas à materiæ appendicibus. Dico autem appendices materiæ conditiones, & proprietates quas habet subiectum formæ quod est in tali, uel in tali materia, uel gr̄. talis membrorum situs, uel talis color faciei, uel talis ætas, uel talis figura capitis, uel talis locus generationis, hæc n. sunt quedam indiuiduantia formam, quæ sic sunt in uno indiuiduo unius speciei q̄ non sunt in alio. Et hæc apprehensione formam non p̄ntem imaginatur crispū & albam, & senem uel iuuenem, & cum longis digitis, uel breuius, quorum nullum accidit ei in quantum est homo. Tertius autem gradus abstractionis quo accipimus nō tñ sensibilis, sed quasdam intentiones, quæ nō imprimuntur sensibus, sed tñ sine sensibus nunq̄ nobis innotescunt, sicut est esse socialem, & amicum, & delectabilem in conuiuio, & affabilem, & his contrariis, quæ quidem cum sensibus accipimus. Et tñ eorum nullum sensibus imprimunt, & tale est q̄ accipimus hunc esse filium Cleonis, & esse agnum uel hominem, Alium autem esse lupum, uel leonem secundum quod substantiales formæ medianibus sensibilibus, & non separata ab ipsis apprehenduntur. & iste gradus

Quomodo intelligitur Mathematici cū abstrahere à qualitatibus sensibilibus.

E

Quatuor gradus abstractionis.

F

Opio aliorum de materia intelligibili.

Impugnatio

Cyprio pro p̄ntia